eam. Quid eſt quod expoſuim⁹? Si intel-
leximus: attende ipſius verba in euãgelio:
Amẽ amẽ dico vobis inqt: niſi granũ fru
menti cadens in terrã mortuũ fuerit ipſuz
ſolũ manet: ſi aũt mortuũ fuerit multũ fru
ctũ affert: hoc ibi ait: vbi etiã dixit: Cũ ex-
altatuſ fuero a terra oĩa trahã ad meipm̃.
Niſi granũ frumenti inqt cadens in terrã
mortuũ fuerit ipſũ ſolũ manet: ſi aũt mor-
tuũ fuerit mltũ fructũ affert. Ergo illi gra-
no multa ſeges debebat: ſed expecta: mor
tificetur adhuc: quia granũ niſi in terrã ce
ciderit et mortificatũ fuerit ſolũ remanet.
Ergo ſolus erat anteq̃ʒ eſſet mortificatuſ.
Propterea ⁊ Petr⁹ nõdũ habebat tales
vires: accepturus erat vires ſequẽdi: non
habebat pcedendi. Propter chriſtuz eni:
id eſt ꝓpter confeſſionem noĩs chriſti quo
chriſtiani ſum⁹: nemo mortuus eſt añ chri
ſtũ: ne forte occurrat nobis: multi eni mor
tui ſunt et martyres ſunt: multi et ꝓphete
talia paſſi ſũt: nõ tamẽ ideo moriebant qr
prenũciabant chriſtũ: ſed quia peccata ho
minũ dicebant in eos: ⁊ eorũ iniquitatib⁹
liberius reſiſtebãt: et habent inter marty-
res. Iuſte eteni ſi nõ ꝓ nominis chriſti cõ
feſſione: tamen pro veritate occiſi ſũt. Vſ-
q̃ʒ adeo aũt pro ipõ nomine: id eſt ꝓ ꝯfeſ-
ſione noĩs chriſti nemo mortuus eſt: añq̃ʒ
granũ illud caderet in terrã: cuius ex pſo-
na dictũ eſt: ſingularis ego ſum donec trã
ſeam: vt et ipſe Iohãnes qui recens inter
fectus erat: ab iniquo rege donatus puel-
le ſaltatrici: nõ ꝓpter hoc interfectus eſſet
quia confeſſus eſt chriſtũ. Potuit itaq̃ʒ et
inde occidi et hoc a multis: Si ppt aliud
occiſus eſt ab vno: quãto poti⁹ ꝓpter chri
ſtũ potuit occidi ab ipĩs qui occidert chri
ſtum: Perhibebat eni chriſto teſtimoniũ
Iohannes. Illi qui audiebãt chriſtũ ipm̃
occidere volebãt: et eũ qui teſtimoniũ phi
bebat nõ occidebãt. Quia eni ſi fieret im-
petus ꝓpter chriſtũ in Iohãnem: nõ nega
ret. Erãt q̃ppe in illo vires magne quibus
appellatus eſt amicus ſpõſi. Magna in il
lo grã: magna excellẽtia: int natos mulie-
rũ nemo exurrexit maior Iohãne bapti-
ſta. Ergo in illũ ipetus factus eſt q̃ nõ ha-
bebat tales vires. Fit ⁊ impet⁹ in Petrũ:
nõ fit in Iohãnem. Eteni vires ipſas Pe
tr⁹ poſt accepit: tũc infirm⁹ fuit. Pro chri-
ſti nomine ille interrogat qui vires nõ ha-
bebat. Ille qui habebat vires: nõ patit p-
ſecutiõem ꝓpter chriſtum: ne pro nomine
chriſti añcederet chriſtũ. Non occiditur a
iudeis qui phibebat liber teſtimoniũ chri
ſto quẽ occiderũt iudei: et occidit ab He-
rode quia dicebat ei: non tibi licet habere
vxorem fratris tui. Neq̃ʒ eni frater eius ſi-
ne poſteritate deceſſerat. Pro lege quidẽ
veritatis: pro equalitate: pro iuſticia: ideo
ſanctus: ⁊ ideo martyr: ſed non tñ pro illo
nomine quo chriſtiani ſum⁹. Quare hoc:
niſi vt impleretur: ſingularis ego ſum do-
nec tranſeam:

Explicit Tractat⁹ de pſ̃. CXL
Incipit Tractat⁹ de pſ̃. CXLI

Prefatio.

SOlẽnitati martyrũ ſicut deuotio
celebritatiſ vr̃e: ita noſtre ſeruitutiſ
ſermo debet. Sʒ meminiſſe opor-
tet caritatẽ veſtrã: heſterna die q̃ʒ mlta di-
cta ſint. Nõ eni quia propter auiditatẽ in
terioris oris veſtri: p totũ ſermonẽ tãq̃ʒ re-
centes affuiſtis: ꝓpterea obliuiſci debem⁹
infirmitatis cõmunis: primo quia ⁊ hono
rare oportet verba p̃clara ſicut ſcriptũ eſt:
Preclara aũt verba ſapiẽtie ſũt. Bñ dei
ſunt: p nos tãq̃ʒ p vaſcula vobis miniſtrã
tur: ⁊ ſi fictilia ſũt vaſa: ſed panis celeſtis
eſt. Aplꝯs dicit: Habem⁹ theſaurũ iſtũ in
vaſis fictilibus vt eminẽtia virtutiſ ſit dei.
Qui aũt theſaurus: idẽ ⁊ panis. Nã ſi nõ
idem eſſet theſaurus et panis: non de ipſo
theſauro alibi ſcriptũ eſſet: Theſaur⁹ deſi
derabilis requieſcit in ore ſapiẽtis: vir au
tem ſtultus glutit illũ. Vñ admonem⁹ ca-
ritatẽ veſtrã: vt ea q̃ audiendo tãq̃ʒ vẽtre
mẽorie ꝯditis: rurſus reuoluẽdo ⁊ cogitã
do quodamodo ruminetiſ. Hoc ẽ eni the
ſaurus deſiderabilis: reqeſcit in ore ſapien
tis: vir aũt ſtultus glutit illũ. Breuiter di-
xit: ſapiẽſ ruminat: ſtult⁹ nõ ruminat. Hoc
aũt apte et latine quid eſt: Sapiẽs cogitat
ea que audierit: ſtultuſ aũt audita obliuio
ni tradit. Neq̃ʒ enim propter aliud in lege
mũda ea dicta ſũt animalia que ruminãt:
immũda q̃ non ruminãt. Nã creatura dei
oĩs mũda eſt. Artifici deo: tã mũd⁹ ẽ agn⁹
q̃ʒ porc⁹. Creauit eni omnia bona valde:
et omnis creatura dei bona ẽ. Dicit apo-
ſtol⁹. Et omnia mũda mũdis. Cũ ergo in
natura vtrũq̃ʒ ſit mũdũ: ſignificatõe tamẽ
agnus ſignificat aliquid mũdum: porcus
ſignificat aliquid immũdum. Agnus ſig-
nificat innocentiam ſapientie ruminãtis:

porcus ſignificat immũditiam ſtulticie ob
liuiſcentis. Breuis pſalmus pro ſolenni-
tate dictus eſt: videamus an poſſit etiam
breuiter tractari.

Expoſitio pſalmi.

Voce mea ad dñm clamaui:
Sufficeret: voce ad dominuʒ cla-
maui: forte non fruſtra additũ eſt
mea. Multi eñi clamant ad dñm: nõ vo-
ce ſua: ſed voce corpis ſui. Homo ergo in
terior in quo cepit habitare chriſtus per fi
dem: voce ſua non ſtrepitu labiorũ: ſed in
affectu cordiſ clamet ad dñm. Nõ vbi ho
mo audit ibi deꝰ audit. Niſi voce pulmo-
nũ: et laterũ: ⁊ lingue clames: homo te nõ
audit. Cogitatio tua clamor eſt ad domi-
nũ. Voce mea ad dominũ clamaui. Vo
ce mea ad dñm depcatꝰ ſũ. Quod di
xit clamaui: expoſuit cuʒ dixit depcatꝰ ſũ.
Clamant eñi ad dñm: et qui blaſphemãt.
In ſupiori verſu clamorẽ poſuit: in ſequẽ-
ti clamoreʒ expoſuit. Quaſi exigeretᷣ quo
clamore clamaſti ad dñm: ad dñm inquit
depcatus ſũ. Clamor meꝰ depcatio mea:
non cõuitium: non murmur: non blaſphe
mia. Effundo† ante eũ pcem me- Alia lra. † in conſpectu eius orationẽ.
am: Quid eſt ante eũ: In ꝯſpectu eius.
Quid eſt in cõſpectu eiꝰ: Ubi videt. Ubi
aũt nõ videt: Ita eñi dicimus vbi videt:
quaſi alicui nõ videat. Sed in iſto cetu re-
rum corpalium vident et hoĩes: vident et
animalia: ille aũt videt: et vbi homo nõ vi
det. Nã cogitationem tuã nullus hoĩm vi
det: deus aũt videt. Ibi ergo effunde pcẽ
tuã: vbi ſolus ille videt qui remũerat. Nã
in abſcondito te dñs Jeſus chriſtus iuſſit
orare: ſed ſi agnoſcas cubiculũ tuũ ⁊ mũ-
das: ibi rogas deum. Cum aũt oratis in-
quit: nolite fieri ſicut hypocrite: qui ſtãt in
plateis et vicis orãtes: vt videanᷣ ab ho-
minibus. Tu aũt cũ oras intra ĩ cubiculũ
tuũ: et claude oſtiũ: ⁊ deprecare deũ tuum
in occulto: ⁊ qui videt in occulto reddet ti
bi. Si hoĩes redditurí ſũt: effũde ante ho-
mines pcẽ tuã: Si deꝰ redditurꝰ ẽ: effunde
añ eũ precẽ tuã ⁊ claude oſtiũ: ne tempta-
tor ingrediatur. Tẽptator nõ ceſſat pulſa-
re vt irrũpat: ſi clauſũ inuenerit trãſit. Jõ
apoſtolus: quia ĩ noſtra poteſtate eſt oſtiũ
claudere: oſtiũ cordis nõ parietũ: ibi eñi ⁊
cubiculũ: quia ergo in poteſtate noſtra eſt
hoc oſtiũ claudere: Neq3 detis inqt locũ
diabolo. Eteñi ſi intrauit et poſſedit: attẽ-
de quia tu negligẽter clauſiſti: aut claude-
re neglexiſti. Quid eſt aũt claudere oſtiũ:
Hoc oſtiũ tãq3 duas habet valuas: cupi-
ditatis: et timoris: Aut cupis aliqd terre
num: et hac intrat: aut times aliquid terre
nũ et hac intrat. Timoris ergo et cupidi-
tatis ianuam claude contra diabolũ: api
ad chriſtuʒ. Quõ ipſas valuas aperis ad
chriſtũ: Cupiendo regnũ celoꝝ: timendo
ignẽ gehẽnarũ. Per cupiditatẽ ſeculi dia
bolus intrat: per deſiderũ vite eterne chri
ſtus intrat. Per timorẽ penarũ tpaliũ dia
bolus intrat: per timorẽ ignis eterne chri-
ſtus intrat. Ecce martyres clauſerũt ianu
am ꝯtra diabolũ: chriſto aperuerũt. Pro
miſit eis multa mũdus iſte: riſerũt: clauſe-
rũt valuã cupiditatis aduerſus diabolũ.
Minatꝰ ẽ mũdus iſte beſtias: ignes: cru-
ces: nõ timuerũt: clauſerũt timoris valuã
cõtra diabolũ. Videamꝰ ſi aperuerũt illã
chriſto. Qui confeſſus me inquit fuerit co
ram hoĩbus: confitebor illũ ⁊ ego corã pa
tre meo qui ẽ in celis. Amauerũt ergo reg
nũ celorũ: vbi eos cõfitebiᷣ chriſtꝰ. Quõ-
modo eos confeſſurus eſt chriſtus: Veni
te benedicti patris mei: percipite regnum
quod vobis paratũ eſt ab origine mũdi.
Confitebitur illos ad dexterã poſitos. Vi
deamꝰ ſi et timoris valuã chriſto apuerũt:
quã diabolo clauſerãt. Uno codẽq3 loco
dñs monet hoc: vt ⁊ diabolo claudaᷣ: ⁊ ſi
bi apiatur. Nolite inqt timere eos qui cor
pus occidũt: aĩaʒ aũt nõ poſſũt occidere.
Monuit vt timoris valua in faciẽ diabo-
lo elideretur. Ergo nihil eſt timẽdũ: Non
ergo apitur aditus timoris chriſto: q̃ clau
ſus ẽ diabolo: Statim ſubiecit tãq3 dicẽs:
Excluſiſti illũ: aperi mihi. Sʒ eũ timete in
quit qui habet poteſtatẽ et aĩam ⁊ corpus
occidere in gehẽnã ignis. Jã ergo ſi credi
diſti ⁊ aperuiſti chriſto: claude cõtra dia-
bolũ. Intus eſt chriſtꝰ: ibi habitat: Effun
de ante eũ pcẽ tuã: noli querere: vt de lon
ge te exaudiat. Nõ eñi longe eſt ſapientia
dei: que ptẽdit a fine vſq3 ad finẽ fortiter: ⁊
diſponit oĩa ſuauiter. Ecce intus eſt apõ
te: ante eũ effunde pcẽ tuaʒ. Ibi ſũt aures
eius: q̃a neq3 ab oriẽte: neq3 ab occidẽte:
neq3 a deſertis montibus: quoniam deus
iudex eſt. Si iudex eſt: qualem cauſam ge
ras in corde tuo vide. Effundã ante eum Alia lra. †
pceʒ meã. †Tribulationẽ meã †in cõ † añ ipſum ꝓnũcio.

ſpectu eiꝰ ānūciabo. Repetitio eſt: et in ſupioribꝰ duobus verſibꝰ: et in his ꝯſequētibꝰ ſentētie due ſūt: & vtraqꝫ bis dicta. Una eſt illa: Uoce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad dn̄m deprecatꝰ ſum. Altera eſt: Effundā ante eū precē meā: tribulationem meā in ꝯſpectu eius annūciabo. Qđ eni eſt: ante eū: hoc eſt: in cōſpectu eius: et qđ eſt: precē meā effundā: hoc eſt: tribulationē meā annūciabo. Quādo hoc facit? In pſecutiōe poſitꝰ loquitꝛ. ¶ † Cum deficit a me ſpūs meꝰ: Quare deficit ſpiritus tuus o martyr in tribulatiōe poſite? Ut non mihi arrogē vires meas: vt ſciam ꝙ alius in me operatꝛ ipſam virtutē. Cum aūt vos tradēt iudicibꝰ: ſicut monuit dn̄s quos martyres facere volebat: Nolite cogitare qđ loquamini: nō eni vos eſtis qui loquimini: ſed ſpūs pr̄is veſtri qui loquitꝛ in vobis. Ergo deficiat ſpūs tuus: loquatꝛ ſpūs dei. Merito eos paupes facere volebat ſpū: Beati inqt paupes ſpū: qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Beati ḡ paupes ſpū ſuo: diuites ſpū dei. Om̄is eni hō qui ſpm̄ ſuū ſequitꝛ: ſuperbus eſt: Subde ſpūm tuū: vt capiat ſpūm dei. Ibat in culmē: reſideat in vallē. Si ierit in culmē: denatat ab illo aqua: ſi in valle reſederit: implebitꝛ ex ea: ⁊ fit ille venter de quo ſcriptum eſt: Flumina aque viue fluent de ventre eius. Ergo cū deficit a me ſpūs meus in ꝯſpectu tuo: annūciaui tribulationē meaꝫ: humilis factus confitēs tibi: deficiēte ſpū meo: cū ſim plenus ſpū tuo. Et audierūt forte hoīes: qꝛ defecit in me ſpūs meus: et deſperauerūt de me ⁊ dixerūt: Cepimꝰ eū ⁊ oppreſſimus eum. Et tu cognouiſti ſemitas meas. Illi enim me deiectum putabant: tu me ſtātē cernebas. Illi qui pſequebātꝛ ⁊ cōprehēderāt implicatos putabāt pedes meos: ſꝫ illis obligati ſunt pedes ⁊ ceciderunt: nos autē ſurreximꝰ et erecti ſumus. Oculi mei ſemꝑ ad dn̄m: qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes meos: perſeueraui ambulando. Qui eni pſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit. Illi oppreſſuꝫ me putabāt: ſed ego ambulabā. Ubi ambulabā? In ſemitis quas illi nō videbāt qui me captum putabant: in ſemitis iuſticie tue: in ſemitis preceptorū tuorū. Tu eni cognouiſti ſemitas meas: perſecutor nō eas cognouit: nā non in eis mihi inuideret ſi in eis mecū ambularet. Que ſunt iſte ſemite: niſi vie ille de quibꝰ alio loco dicitꝛ: Nouit dn̄s viam iuſtorū et via impiorū peribit? Nō dixit: viā impiorū nō nouit: nouit viā iuſtorū: ⁊ via impiorū peribit. Quod eni non nouit peribit: multꝭ locis ſcripture inuenimꝰ: quia dei agnoſcere ſeruare eſt: dei agnoſcere cuſtodire eſt: nō aūt agnoſcere damnare eſt. Unde eni qui nouit omnia dicturus eſt in fine: nō noui vos? Non inde gaudeāt ⁊ dicāt: nō puniemur: qꝛ nō nouit nos iudex. Iā puniti ſunt ſi eos nō nouit iudex. Que ergo ſunt vie quas nouit dn̄s: ipſe hic dicte ſunt ſemite: quo ait: tu cognouiſti ſemitas meas. Omnis eni ſemita via eſt: non omnis via ſemita eſt. Quare ergo ſemite vie ſunt dicte: niſi qꝛ anguſte ſunt? Via lata impiorū: via anguſta iuſtorū. Que via ipſe ⁊ vie: queadmodū que eccleſia: ipe eccleſie: ⁊ qđ celū ⁊ ipi celi: Pluraliter dicūtꝛ et ſingulariter dicūtꝛ: ꝓpter vnitatē eccleſie vna eccleſia: vna eſt colūba mea: vna eſt matri ſue: ꝓpter cōgregatiōes fraternas ꝑ loca multe ſūt eccleſie. Eccleſie inquit iudee que erāt in chriſto gaudebāt: ꝙ ille qui nos pſequebatꝛ nūc euāgelizat fidem: quā aliquando vaſtabat: et in me glorificabat deum. Eccleſias ſic dixit: et vnam eccleſiā ſic dicit. Sine offenſiōe eſtote iudeis: ⁊ grecis: et eccleſie dei. Sic ergo et vie ⁊ via: et ſemite ⁊ ſemita. Quare ſemite: ⁊ quare ſemita? Quomō quare eccleſie ⁊ eccleſia rationem reddidimꝰ: debemus et hic reddere rationem. Semite dicte ſunt dei: quia multa precepta ſunt: et qꝛ eadē multa precepta ad vnū rediguntꝛ: qꝛ plenitudo legis caritas: Propterea vie iſte in multis preceptis ad vnum colligūtur ⁊ vna dicitur: quia via noſtra caritas eſt. Videamꝰ ſi caritas via eſt. Audiamꝰ aplm̄: Et adhuc ſupeminentiorē viam vobis demonſtro. Quam dicis o apoſtole ſupeminētiorem viam? Quā dico audi: Si linguis hoīum loquar ⁊ angelorū: caritatē aūt nō habeā: factus ſum velut eramētū ſonās: aut cymbalum tinniēs: Et ſi habuero ꝓphetiā et ſciero om̄ia ſacramēta et omnē ſcientiā: et ſi habuero omnē fidē ita vt montes trāſferam: caritatē autē non habeam nihil ſum: Et ſi diſtribuero oīa mea pauperibꝰ: et ſi tradidero corpus meū vt ardeā: caritateꝫ autē non habeā nihil mihi prodeſt. Ergo caritatē dixit ſupeminentiorē viam. Magna via iſta fratres: magnū miraculū habet hec via. Certe quia ſupeminētiorē: excellētiorē. Hoc eni ſupeminet quod excel-

Alia lra. † In deficiē do et me ſpiritum meū.

ſuꝫ eſt. Nihil excellētiꝰ eſt via caritatꝭ: ⁊ nō
in illa ambulāt niſi humiles. Has ergo ſe-
mitas dicit ꝑcepta caritatis. Tu ḡ inquit
cognouiſti ſemitas meas. Tu noſti: q̄a qđ
pro te patior: amore patior. Tu noſti: q̄a
caritas in me oīa tolerat: Tu noſti: q̄a ⁊
ſi trado corpus meū vt ardeā: habeo illaꝫ
ſine qua illud non prodeſt homini. Quis
autē nouit vias iſtas hoīs fratres mei: niſi
vere ille cui dictum eſt: tu cognouiſti ſemi
tas meas? Omnia enī facta humana ante
oculos hominū incertū eſt quo corde fiāt.
Et q̄m multi impij metiētes ſemetipſos ex ſe
metipſis dicūt de nobis ꝙ iſta in eccleſia
querimꝰ: honores: laudes: vtilitates tem-
porales? Q̄m multi dicūt: me ꝓpterea loqui
vobis: vt acclametis ⁊ laudetis me: ⁊ hūc
me habere finē: ⁊ hāc intētionē cū loquor:
Et quomō eis oſtendo nō ea intentiōe me
loqui? Reſtat vt deo dicā: tu cognouiſti ſe
mitas meas. Quomō illi ſciūt qđ nec vos
ſcitis? Quomō illi ſciunt qđ vix ego ſcio?
Neq; enī meipſuꝫ diiudico: Qui enī iudi
cat me dominꝰ eſt. Neſcio quid de ſe Pe-
trus neſciens ꝑſumpſit: ⁊ aliud videbat in
viribꝰ eius medicus. Ergo pie pureq; cla-
met ad dominū: quia vere clamat: tu co-
gnouiſti ſemitas meas. Sed vis vt ducat
te per iſtas ſemitas? Eſto mitis: eſto man-
ſuetus: nō ferox: nō ſuperbus: nō excuſſa
et erecta ceruice: ſicut equus ⁊ mulus qui-
bus nō eſt intellectꝰ. Cum enī fueris mitis:
cum fueris māſuetus: inſidebit dominꝰ et
ducet te per vias ſuas. Diriget enī mites
in iudicio: docebit manſuetos vias ſuas.
Alia lr̄a. Tu ergo cognouiſti ſemitas meas. ¶ In
† ambulabā. via hac qua † ingrediebar: abſcōde
† laqueum. rūt mihi † muſcipulā. Via hec qua in-
grediebar chriſtus eſt: ibi illi abſconderūt
muſcipulā qui perſequunt in chriſto ꝓpter
nomē chriſti. Ibi ergo abſcōderūt muſci-
pulam mihi. Quid in me zelant? Quid in
me perſequūtur ꝙ chriſtianꝰ ſum? Si hoc
perſequunt ꝙ chriſtianꝰ ſum: in via quam
ingrediebar abſcōderūt mihi muſcipulā.
Quantū in ipſis eſt: in via qua ingredie-
bar ipſi abſcōderūt muſcipulā mihi. Quā
tum ad eoruꝫ cupiditatē pertinet: quantū
ad eorū conatū: quantū ad eorū votū: in
ipſa via me voluerūt habere muſcipulam
qua caperer. Sed nouit dominꝰ viā iuſto
rum: et tu cognouiſti ſemitas meas. Hoc
quidē illi voluerūt: ſed tu eos nō permiſi-
ſti in te ponere ſcādalū: q̄a tu es via mea.

Nam ⁊ heretici in nomine chriſti nobis vo
lunt abſcondere ſcandalū: et ipſi fallūtur.
Qđ ſe in hac via putāt ponere: extra viaꝫ
ponūt: q̄a ⁊ ipſi extra viaꝫ ſunt: Muſcipu
lā ponere nō poſſunt vbi ipſi nō ſunt. Sed
dictū eſt hoc ſ̄m cupiditatē eorum: ſ̄m vo
tum et opinionē eorū. Nam expreſſe alibi
dictū eſt: Iuxta ſemitas ſcādala poſuerūt
mihi. Hoc quod dictū eſt in via: ſ̄m cupi-
ditatē eoruꝫ ⁊ votū dictū eſt: Illud quod
dictū eſt iuxta viā: id eſt iuxta ſemitas: ſ̄m
veritatē dictū eſt. Reuera enī non ponūt
in ſemita: non ponūt in ipſa via: quia chri
ſtus eſt via. Sane iuxta ſemitas ponūt: nō
eos chriſtus ſinit ponere in via: ne non ſit
qua eamꝰ. Sinit tn̄ eos ponere iuxta viaꝫ
vt de via non declinemꝰ. In via ſe putat
ponere ſcādalū paganus: quādo mihi di-
cit: Colis deū crucifixū? Reprehēdit cru-
cem chriſti quā nō intelligit. In chriſto ſe
ponere putat quod iuxta viā ponit. Non
egrediar a chriſto: et nō incido in muſcipu
lam. Inſultet ille crucifixo chriſto: videā
ego in frontibꝰ regū crucē chriſti. Qđ irri-
det: ibi ſaluor. Nihil eſt ſuperbius egroto
qui deridet medicamētū ſuū. Si non deri
deret: acciperet ⁊ ipſe ⁊ ſanaret. Crux illa ſi
gnum eſt humilitatis: ille autē ſuperbia ni
mia nō agnoſcit vnde ſanet tumor anime
ſue. Si auteꝫ ego agnoſco in via ambulo.
Vſq; adeo de cruce nō erubeſco: vt nō in
occulto loco habeā crucem chriſti: ſed in
fronte portē. Multa ſacramēta aliter atq;
aliter accipimꝰ. Quedā ſicut noſtis ore ac
cipimꝰ: quedā per totū corpus accipimꝰ.
Quia vero in fronte erubeſcit ille qui di-
xit: Qui me erubuerit corā hominibꝰ eru-
beſcā eum corā patre meo: qui in celis eſt:
ipſam ignominiā quodāmō et quā paga-
ni deridēt in loco pudoris noſtri cōſtituit.
Audis hominē inſultare impudēti ⁊ dice-
re: frontē nō habet. Quid eſt frontē nō ha
bet? Impudēs eſt. Non habeā nudā fron
tem: tegat eam crux domini mei. Ergo in
via qua ingrediebar: abſconderūt muſci-
pulam mihi: quantū in ipis eſt: nam iuxta
viam poſuerunt: ego autē tutus ero ſi de
via nō receſſero. Ignoras quia in medio
laqueorū ingredieris: ait ſcriptura? Quid
eſt in medio laqueorum? In via chriſti: et
hinc laquei ⁊ hic laquei: Laquei a dextris:
laquei a ſiniſtris. Laquei a dextris pro-
ſperitas ſeculi: laquei a ſiniſtris aduerſi-
tas ſeculi. Laquei a dextris promiſſiones:

laquei a ſiniſtris terrores. Tu in medio la
queorum ingredere: a via noli diſcedere:
nec ꝓmiſſio te capiat: nec terror elidet. In
hac via qua ingrediar abſcõderũt muſci-
pulã mihi. ¶ Cõſiderabã ad dexterã
et videbã: In dexteram cõſiderabat et
videbat: in ſiniſtrã qui cõſiderat excecat.
Quid eſt in dexterã ꝯſiderare: Ubi erũt il
li qbꝰ dicet: Uenite bñdicti pr̃is mei poſſi
dete regnũ. Erũt eni q̃dã in ſiniſtra: qbꝰ di
cet: Ite in ignẽ eternũ qui paratꝰ eſt diabo
lo et angelis eius. Fremẽte ergo toto mũ-
do ⁊ minante in perſecutiõibꝰ: crebreſcẽti-
bus vndiq; inſultatiõibꝰ hominũ atq; ter
roribus: ille cõtemnẽs preſentia: reſpicie-
bat in futura: attẽdebat in dexterã vbi fu-
turus eſt: vbi eſſe meditabat illuc attẽde-
bat: et ideo oĩa ferebat. Illi aũt qui per-
ſequebant nõ videbant: Ideo cũ diceret:
Conſiderabã ad dexterã ⁊ videbã: ſecutꝰ
ait: Et nõ erat qui cognoſceret me.
Cum eni toleras oĩa: quis nouit q̃d attẽ
das: vtrũ ad dexterã oculũ dirigas an in ſi
niſtrã: In eo qđ toleras ſi laudẽ hoim que
ris: in ſiniſtrã attẽdiſti. In eo qđ toleras ſi
ꝓmiſſa dei queris: in dexterã attẽdiſti. Attẽ
diſti in dexterã videbis: attẽdiſti in ſiniſtrã
excecaberis. Sed ⁊ cũ vides ad dexterã:
nõ erit qui te agnoſcat. Quis eni te ꝯſolat
niſi dñs: cui dicis: Et tu cognouiſti ſemi-
tas meas: Nec erat qui cognoſceret me.
¶ Perijt fuga a me: Tanq; circũclu-
ſum ſe dicit: perijt fuga a me. Inſultẽt per-
ſecutores: Oppreſſus eſt: captꝰ eſt: circũ-
cluſus ẽ: victꝰ eſt: perijt fuga ab illo. Ab il
lo perijt fuga qui nõ fugit: qui aũt nõ fugit
patiat quicquid põt pro chriſto: id eſt nõ
fugit animo. Nam corpe fugere licet: con-
ceſſum eſt: permiſſum eſt: dño dicente: Si
vos ꝑſecuti fuerint in vna ciuitate: fugite
in alterã. Qui g̃ nõ fugit animo: perijt ab
illo fuga. Sz intereſt q̃re nõ fugiat: q: cir-
cũcluſus eſt: q: captꝰ eſt: an q: fortꝭ eſt. Et
a capto perijt fuga: et a forte perijt fuga.
Que ergo fuga cauẽda eſt: que fuga a no-
bis pereat: De qua dñs dicit in euãgelio:
Quia paſtor bonus animã ſuã ponit pro
ouibꝰ ſuis: mercẽnarius aũt et q̃ nõ eſt pa
ſtor cũ viderit lupũ venientẽ fugit. Cũ vi-
derit predonẽ: quare fugit: Quia non eſt
ei cura de ouibꝰ. Talis fuga ab iſto perie-
rat: ſiue ab ipſius capitis perſona accipia
mus hanc vocez illius chriſti dñi: qui pro
oĩbus mortuus eſt: ſiue a membris eius

martyribꝰ nr̃is: q: et ipſi pro fratribꝰ paſſi
ſunt. Audi Joannẽ dicentẽ: Sicut eni ille
animã ſuã pro nobis poſuit: ſic ⁊ nos de-
bemꝰ animas pro fratribꝰ ponere. Sed cũ
illi ponũt chriſtus ponit: q: cũ illi patiunt
ꝑſecutionẽ ipſe clamat: quid me perſeque
ris: Perijt fuga a me. Et nõ eſt q̃ requi
rat animã meã. Ergo nõ eſt qui exqui-
rat animã ipſius: Uidit hoies velle ſeuire
in necem ſuã: velle effundere ſãguinẽ eiꝰ:
quomõ nõ eſt qui requirat animã eius: Et
hoc duobus modis accipit. Quomõ peri
re fugã accipit duobꝰ modis: q: ⁊ a capto
et a forte perijt fuga: ſic duobꝰ modis que
ritur anima hoĩs: aut a perſecutoribꝰ: aut
a dilectoribꝰ. Ita g̃ nõ eſt qui requirat ani
maz meã. De illis dixit: certe qui ꝑſequũt
animã meã: et non querũt animã meã. Si
aũt requirãt animã meam inuenĩet inherẽ
tem tibi. Et ſi norunt eã querere: norunt ⁊
imitari. Nã vt noueritis queri animã ho-
minis ⁊ a perſecutoribꝰ: inde alibi dicitur:
Confundant ⁊ reuereant qui querũt ani-
mam meã. ¶ Clamaui ad te dñe dixi
tu es ſpes mea: Quãdo tolerabã: quã
do tribulabar: dixi tu es ſpes mea. Spes
mea hic: ideo tolero. Portio autez mea
non hic: ſed in terra viuẽtiũ. Dat deus
portionẽ in terra viuentiũ: ſed nõ aliquid
a ſe extra ſe. Quid dabit amanti ſe: niſi ſe:
¶ Intende ad † orationẽ meã: quia
humiliatus ſum nimis. Humiliatus a
perſecutoribꝰ: humiliatꝰ in cõfeſſione: hu-
miliat ſe inuiſibiliter: humiliatꝰ ab hoſtibꝰ
viſibiliter. Erigit ergo ab illo viſibiliter et
inuiſibiliter. Inuiſibiliter erecti ſunt iam
martyres: viſibiliter erigẽtur: cũ corrupti-
bile hoc induerit incorruptionẽ in reſurre-
ctione mortuorũ: cũ ⁊ hoc ipſum in quod
ſolũ ꝑſecutores ſeuire potuerũt inſtaurat.
Nolite timere eos qui corpus occidunt:
animã aũt non poſſunt occidere. Et quid
perit: Quid occidũt: Uel hoc eis permit
titur vt qđ occiderint pereat: Non periet.
Audi ipſius dñi promiſſionẽ: Amen dico
vobis: capillus capitis veſtri non periet.
Quid ergo de ceteris mẽbris ſollicitus es
vbi capillus nõ perit: ¶ † Erue me a ꝑſe
quentibꝰ me: A quibus putatis ꝙ oret
vt eruatur: Ab hominibꝰ qui ꝑſequebãt:
Ita vero ipſi hoies ſunt hoſtes nr̃i: Habe
mus alios hoſtes inuiſibiles: qui aliter ꝑſe
quunt. Homo ꝑſequit vt occidat corpus:
ꝑſequit alius vt illaqueat animã: Et ideo

Alia lr̃a.
† deꝓcationẽ.

Alia lr̃a.
† Libera.

per vaſa ſua:qꝛ de illo dictum eſt: Operaꝛ
in filijs diffidẽtie per vaſa ſua:id eſt hoies
in quibꝰ operaꝛ:agit pſecutionẽ corpis:vt
intus fiat ruina cordis. Nam ſi cadẽte cor
pore ſtat anima: muſcipula cõminuta eſt:
et nos liberati ſumus. Ergo ſunt ⁊ alij ho-
ſtes noſtri: a quibꝰ deprecari debemꝰ deũ
vt eruat nos:ne ſeducant nos:vel fractos
moleſtijs ſecularibus:vel inductos illece-
bris. Qui ſunt iſti hoſtes? Videamꝰ ſi ab
aliquo ſeruo dñi aperte deſcribunꝛ: ab ali
quo milite perfecto: qui cũ illis cõgreſſus
eſt. Audi apoſtolũ dicentem: Non eſt no-
bis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſangui
nem. Nolite quaſi odia veſtra ↄuertere in
homies:et eos vobis hoſtes exiſtimare:et
eorũ inimicitijs vos cõteri putare. Iſti ho
mines quos timetis:caro ⁊ ſanguis ſunt:⁊
nõ eſt vobis colluctatio aduerſus carnẽ et
ſanguinẽ. Sic voluit dicere: contemnens
hominũ mortalitatez. Et aduerſus quos?
Aduerſus principes inquit et poteſtates:
et rectores huius mũdi tenebrarũ harum.
Expaueras cum audires:rectores mũdi.
Si rectores mundi iſtius: nunquid preter
mũdũ iturus es vbi illos nõ patiaris? Pre
ter mũdũ iturus es vbi ab eis eruaris? Sic
ergo accipe mũdi ⁊ tenebrarũ harũ recto-
res:nõ rectores celi et terre. Nam ipſa fa-
brica dei eſt. Celũ ⁊ terra mũdus dicitur:⁊
hoies mali mũdus. Quare et iſti mũdus?
Quia diligũt mundũ:⁊ ideo tenebre:qꝛ ⁊
impij. Ideoqꝫ iam ex ipſo numero credẽ-
tibus multis:quid dicit apłus? Fuiſtis ali
quãdo tenebre: nunc aũt lux in dño. An-
teqꝫ eſſetis ergo lux: cũ tenebre eſſetis:attẽ
dite quẽ rectorẽ habuiſtis. Quem rectorẽ
habent iniqui:niſi diabolũ:quomodo pij
et fideles rectorẽ habẽt chriſtũ? Ergo dia-
bolũ et angelos eius rectores mũdi appel
lauit:id eſt rectores dilectorũ mũdi: recto
res peccatorũ: quod eſt tenebrarũ haruz.
Ipſos habemꝰ inimicos: a quibꝰ debemꝰ
deprecari dñm vt eruamur. Audi mũdũ:
et mũdũ aperte vno loco in ſcriptura ſan-
cta in euãgelio: mundũ quem fecit deus:
mundũ quẽ regit diabolus:id eſt dilecto-
res mũdi. Homines eni ipſos fecit deus:
dilectores mũdi nõ eos fecit. Mundũ eni
diligere peccatũ eſt: peccatũ aũt non fecit
deus. Audi ergo vt dicere ceperã mundũ
et mũdũ. In hoc mũdo erat dictũ eſt. De
quo dictũ eſt:in hoc mũdo erat:niſi de ſa-
piẽtia dei:qꝺ eſt chriſtus Ieſus:de qua d

ctum eſt qꝺ pauloante cõmemoraui: Per
tendit a fine vſqꝫ ad finem fortiter:⁊ diſpo
nit omia ſuauiter? Attingit eni vbiqꝫ pro-
pter ſuã mũdiciã:et nihil inquinatũ in illã
incurrit. Ergo in hoc mũdo erat:⁊ mũdus
ꝑ ipm factꝰ eſt:⁊ mũdus eũ nõ cognouit.
Audiſtis duos mũdos:mũdus per eũ fa-
ctus eſt: ⁊ mundus eum nõ cognouit. Nõ
mundus qui factus eſt per Ieſum:ab illis
principibꝰ et poteſtatibꝰ tenebraruz regiꝛ:
ſed mũdus qui nõ cognouit Ieſum:id eſt
dilectores mũdi pctõres ⁊ iniqui: ſuperbi
⁊ infideles. Vñ mũdus pctõres? Quia di
ligunt mũdũ:⁊ diligẽdo inhabitãt mũdũ:
quomõ domus dicit ⁊ fabrica ⁊ inhabitã-
tes. Bona domus plerũqꝫ bona fabrica:
et bona domus:qꝛ boni conſeruanꝛ in ea.
Et caue domũ iſtaz:qꝛ mala eſt. Duobus
modis dicit mala eſt domus hec: caue for
te ꝓpter ruinã ne aliquid cadat et te pre-
mat. Dicit ⁊ ſic alio mõ:quẽadmodũ ca-
ue domũ iſtã tam malã ne incurras in la-
queũ venãtiũ:ne pauper opprimaris a di-
uite:ne fraudẽ aliquã patiaris. Quomõ er
go domus ⁊ domus:ſic mũdus ⁊ mũdus.
Quare aũt ⁊ iuſti cũ ſint ⁊ ipi in mũdo nõ
dicunt mũdus? Quia dicit apłus: In car
ne aũt ambulãtes nõ ſm carnẽ militamꝰ:
cõuerſatio aũt noſtra in celis eſt. Habitat
hic iuſtus carne: ſed corde cũ deo eſt. Et
ipſe appellatur mũdus: ſi ſine cauſa audit
ſurſum cor: ſi autez eſt cauſa quare audit:
ſurſum cor habet. Mortui eni eſtis dicit:
et vita vr̃a abſcõdita eſt cũ chriſto in deo.
Quorũ aũt vita hic eſt: id eſt quorũ deſi-
deriũ et amor hic erit:hic cõteriꝛ:hic impli
catur: bene dicunt habitatores mũdi. Et
bene dicunt mũdus illi qui habitãt in mũ-
do:ſicut bene dicunt domus illi qui inha-
bitãt domũ. Mundus ergo ⁊ mũdus:mũ
dus per eum factus eſt:⁊ mũdus eũ nõ co
gnouit. Ecce mũdus factus eſt per dñm:
ecce mũdus qui non cognouit dñm. Lau-
da tu fabricam et ama fabricatorẽ: et noli
amare habitare in fabrica:ſed habita in fa Alia lr̃a.
bricatore. Erue me a perſequentibus me. † Quia con-
† Quoniã corroborati ſũt ſup me. fortati.
Quis dicit corroborati ſunt ſup me? Cor-
pus chriſti clamat: eccleſie vox eſt:mẽbra
chriſti clamant. Multum creuit numerus
peccatorũ: Quoniam abundauit iniqui-
tas:refrigeſcet caritas multoruz: Erue me Alia lr̃a.
a perſequentibꝰ me:quoniam corrobora- † Educ de
ti ſunt ſuper me. ¶ † Erue de carcere cuſtodia.

Alia lra. ad confitẽdũ.

animã meã ut ↄfiteaꝛ nomini tuo:
Carcer iſte a prioꝛib⁹ varie intellectus eſt.
Et foꝛtaſſe iſte eſt carcer: qui ꝛ ſcribiꝛ in ti-
tulo. Spelunca. Titulus eni pſalmi hui⁹
ita ſe habet. Intellectus ipſi Dauid.
cũ eſſet in ſpelunca: oꝛatio. Que ſpe
lũca: ipſe ꝛ carcer. Duo quedã intelligẽda
ꝓpoſuim⁹: ſed vnũ cũ intellexim⁹ vtrunq̃
erit. Merita carcerẽ faciũt: Nam in vno
quodã habitaculo: alteri domus eſt: alteri
carcer eſt. Illi qui cuſtodiũt hoies inclu-
ſos: et ſi in domo ſua cuſtodiãt: illi qui ar-
tius cuſtodiunꝛ in carcere ſunt. Nunquid
ꝛ illi in carcere dicẽdi eſſe ſũt: Vnũ habita
culũ et illi eſt ꝛ illi. Alteri fecit domũ liber-
tas: alteri carcerẽ ſeruitus. Quibuſdã er-
go viſũ eſt: ꝙ ſpelũca ꝛ carcer mũdus iſte
ſit. Et hoc oꝛat eccleſia: vt de carcere edu-
caꝛ: id eſt de hoc mũdo: de ſub ſole vbi om
nia vanitas. Diciꝛ enim: oĩa vanitas et
preſumptio ſpirit⁹: in oĩ tpe homĩs quo
ipſe laboꝛat ſub ſole. Ergo extra iſtũ mun-
dum neſcio quare: qꝛ polliceꝛ nobis deus
quid futuri ſum⁹. foꝛte ideo de loco iſto cla
mam⁹: Educ de carcere animã meã. Ani-
ma noſtra per fidẽ et ſpem in chꝛiſto eſt: ſi-
cut pauloante dixi: Vita veſtra abſcõdita
eſt cũ chꝛiſto in deo: coꝛpus aũt noſtrũ in
iſto carcere: in iſto mũdo. Si diceret: educ
de carcere coꝛpus meũ: ſecuri acciperem⁹
carcerẽ mũdũ: Foꝛtaſſe tamẽ ꝓpter aliqua
que nos tenẽt deſideria terrena: cõtra que
luctamur ꝛ dimicam⁹: qꝛ video aliã legẽ in
mẽbꝛis meis repugnãtẽ legi mẽtis mee: et
recte dicim⁹: Educ de carcere animã meã
de hoc mũdo: id eſt de laboꝛib⁹ ꝛ preſſuris
huius ſeculi. Non eni caro quã tu feciſti:
ſed coꝛruptela carnis ꝛ preſſure ꝛ tempta-
tiones: carcer mihi ſunt. Aliqui aũt dixe-
runt: carcerẽ iſtuꝫ ꝛ ſpeluncã: coꝛpus hoc
eſſe: vt hoc ſit: educ de carcere animam
meã. Sed ꝛ iſte intellect⁹ vacillat aliquãtu
lum. Quid enim magnũ: educ de carcere
animã meã: educ de coꝛpoꝛe animã meã:
Latronũ anime ꝛ ſceleratoꝛũ nõne exeunt
de coꝛpoꝛe: ꝛ eunt in peioꝛes penas: ꝗ̃ hic
ꝓtulerũt: Quid eni magnũ petiꝛ: educ de
carcere animã meã: cũ ſiue ſero: ſiue cito:
neceſſe ſit hinc exire: Foꝛte iuſtus dicit: iã
moꝛiar: educ de carcere iſto coꝛpis animã
meã. Si nimis feſtinat: nõ habet caritatẽ.
Deſiderare quidẽ hoc debet ꝛ cõcupiſce-
re: ſicut apl̃s ait: Concupiſcẽtiã habens
diſſolui et eſſe cũ chꝛiſto: multo eni magis
optimũ. Sꝫ vbi eſt caritas: Ergo ſequiꝛ.
Manere in carne: neceſſariũ ꝓpter vos.
Si de coꝛpe ergo educat deus qñ volue-
rit: poſſet dici ꝛ coꝛpus nr̃m carcer: nõ qꝛ
carcer eſt qd̕ fecit deus: ſꝫ qꝛ penale ꝛ moꝛ
tale. Duo eni cõſiderãda ſunt in nr̃o coꝛ-
poꝛe: figmẽtũ dei: ꝛ pena meriti. Tota iſta
foꝛma: ſtatus: inceſſus: mẽbꝛa oꝛdinata:
ſenſuũ diſpoſitiões: videre: audire: olface
re: guſtare: cõtingere oĩs hec compago
et fabꝛice diſtinctio non potuit fieri: niſi a
deo: qui oĩa operat⁹ eſt: celeſtia: terreſtria:
ſumma ꝛ ima: viſibilia ꝛ inuiſibilia. Quid
ergo ibi penale noſtruꝫ: Oꝛ coꝛruptibilis
caro: ꝙ fragilis: ꝙ moꝛtalis: ꝙ indigens:
hoc nõ erit in premio. Non eni coꝛpus nõ
erit: cum coꝛpus reſurgat. Sꝫ quid ibi nõ
erit: Coꝛruptio. Coꝛruptibile eni hoc in-
duet incoꝛruptionẽ. Ergo ſi caro tibi car-
cer eſt: nõ coꝛpus eſt carcer tuus: ſꝫ coꝛru-
ptio coꝛpis tui. Coꝛpus eni tuũ fecit deus
bonũ: qꝛ bonus eſt: coꝛruptionẽ intulit iu
ſtus: qꝛ iudex eſt. Illud habes de benefi-
cio: illud habes de ſupplicio. Hoc ḡ foꝛte
dixit: Educ de carcere animã meã: educ de
coꝛruptiõe animã meam. Si ſic intelliga-
mus: non eſt blaſphemia: intellectus con-
ſtat. Ad extremũ fratres ſic arbitroꝛ: hoc
dixit: Educ de carcere animã meam: educ
de anguſtia: Gaudẽti enim homini et car
cer latus eſt: et triſti pꝛatum anguſtuꝫ eſt.
Ergo oꝛat ſe educi ab anguſtia. Oĩus eni
in ſpe latitudinẽ habeat: in re tamẽ pꝛeſen
ti anguſtaꝛ. Attende anguſtias apoſtoli:
Non habui requiẽ ſpiritui meo dixit: quia
non inueni Tytum fratrẽ meũ. Alio loco:
Quis infirmaꝛ et ego nõ infirmoꝛ: Quis
ſcandalizaꝛ ꝛ ego nõ vroꝛ: Qui ergo infir
mabaꝛ ꝛ vrebatur: nõne in penis ꝛ carce-
re erat: Sed iſte pene ex caritate coꝛonam
parturiũt. Vnde iterũ dicit: Supereſt mi-
hi coꝛona iuſticie: quã reddet mihi domi-
nus in illa die iuſtus iudex. Ad hoc valet:
Educ de carcere animã meã: vt confiteaꝛ
nomini tuo. Iam educta de coꝛruptione:
quid habet cõfiteri: Peccata nõ ibi ſunt:
ſed laudes ſunt. Duobus aũt modis cõ-
feſſio intelligiꝛ: et in peccatis noſtris: et in
laude dei. In peccatis noſtris nota eſt cõ
feſſio: ꝛ ita nota oĩ populo: vt qñ auditũ
fuerit nomẽ cõfeſſionis: in lectiõe: ſiue in
laude dicaꝛ: ſiue de peccatis dicaꝛ: currãt
pugni ad pectus. Notũ eſt ḡ nomẽ ↄfeſſio
nis de pctõ: Cõfeſſionẽ in laude queram⁹.

Ubi inuenim⁹: Habes in ſcripturis: Et
hec diceẽ in ꝯfeſſiõe: Opera dñi vniuerſa
qm̃ bona valde. Ergo hic cõfeſſio laudis
eſt. Alio loco ipſe dñs dicit: Confitebor ti
bi pater dñe celi et terre: Quid cõfitebaẽ:
Nunqd pctã: Chriſti ergo ꝯfiteri erat lau
dare. Et audi laudẽ patris: qꝛ abſcondiſti
hec inquit a ſapiẽtib⁹ ꝛ prudẽtib⁹: et reue
laſti ea paruulis. Quia ergo poſt iſtas cor
ruptiones anguſti habitauimus in domo
dei: tota vita noſtra non erit niſi laus dei.
Jam ſepe vobis expoſitũ eſt: qꝛ recedente
neceſſitate oĩa negocia neceſſitatis inter
cidũt: qm̃ nõ erit qd ibi agam⁹. Non dico
die ꝛ nocte vbi nox nõ eſt: ſed toto die cuꝫ
vnus dies eſt: nõ erit quid ibi agam⁹: niſi
laudem⁹ quẽ diligim⁹: qꝛ tũc ꝛ videbim⁹.
Modo nõ viſum deſideram⁹ et laudam⁹:
tũc viſum quod amam⁹: quomõ laudabi
mus: Sine fine erit laus: qꝛ ſine fine amor.
Quia ergo hoc ibi agemus: ideo educ de
carcere animã meam vt cõfiteatur nomini
tuo: Beati enim qui habitãt in domo tua
dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. Mo
do impedit carcer: quia corpus quod cor
rumpiẽ aggrauat animã. Non corpus ag
grauat animã: nam ꝛ tunc habebim⁹ cor
pus: ſed corpus quod corrũpiẽ. Ergo car
cerẽ facit nõ corpus: ſed corruptio. Educ
de carcere animã meã vt cõfiteaẽ nomini
tuo. Jam vox que ſequiẽ ex capite ſonat
dñi nr̃i Jeſu chriſti. Et eſt talis ipa: qualiſ
heſterna vltima. Heſterna enim vltima: ſi
meminiſtis hec fuit: Singularis ego ſum
Alia lr̃a. donec tranſeã. Et hic que eſt vltima: Me
† expectãt. † ſuſtinebũt iuſti † quoaduſqꝫ retri
† donec. buas mihi.

Explicit tractat⁹ de pſ̃. CXLI.
Incipit tractat⁹ de pſ̃. CXLII.

D
E pſalmo quẽ cantauim⁹ iam lo
quar qđ dñs dederit caritati ve
ſtre. Heſterno die pſalm⁹ breuior
tractabaẽ: ſed ſpaciũ tpis dabat nobis co
piam etiã de paucis multa dicẽdi: Nunc
qm̃ prolixior pſalm⁹ eſt: nõ debem⁹ tantũ
in ſingulis verſib⁹ immorari: ne forte non
cõcedat dñs facultatẽ: vt totuꝫ peragrare
valeamus. Titulus pſalmi eſt: Jpſi
Dauid: qñ eum filius ſuus perſe
quebaẽ. Jn regnorũ libris nouim⁹ hoc
factuꝫ eſſe: extitiſſe inimicũ Abſalon patri
ſuo: geſſiſſe ꝯtra illũ nõ ſolum ciuile: verũ
etiã domeſticũ bellũ: illum aũt nõ deiectũ
inique ſed humiliatuꝫ: pie accepiſſe a dño

diſciplinã: ſuſtinuiſſe medicinã: non retri
buentẽ iniquitati iniquitatẽ: ſed paratum
cor habuiſſe ad ſequendã dñi voluntatẽ.
Jlle Dauid ita laudabilis: ſed alius Da
uid vere manu fortis qđ interptaẽ Dauid
dñs noſter Jeſus chriſtus agnoſcẽdus eſt
nobis. Preterita enĩ illa facta figure fue
rant futuroꝝ. Nec diu cõmendãdũ eſt qđ
ſepe audiſtis: qđ optime retinetis. Quera
mus ergo in hoc pſalmo dñm et ſaluatorẽ
noſtrũ Jeſum chriſtũ prenũciãtẽ ſe ꝑ hãc
ꝓphetiam: et quid futurũ eſſet in hoc tpe
per ea que pridẽ facta ſunt ꝑdicantẽ. Jpſe
enĩ ſe in ꝓphetis ꝑdicabat: qm̃ ipſe eſt ver
bum dei: nec illi tale aliqd dicebãt: niſi ple
ni verbo dei. Annũciabãt ergo chriſtũ ple
ni chriſto: ꝛ illi eũ venturũ ꝑcedebãt: quos
ꝑcedẽtes nõ deſerebat. Agnoſcam⁹ ergo
queadmodũ et chriſtũ perſequebaẽ filius
ſuus. Habebat enĩ filios de quib⁹ dicebat:
Non ieiunabũt filij ſponſi quãdiu cũ eis eſt
ſpõſus: cũ aũt ab eis ablat⁹ fuerit ſpõſus:
tũc ieiunabũt filij ſponſi. Ergo filij ſponſi
apl̃i: et inter hos perſecutor diabolus Ju
das. Paſſionẽ itaqꝫ ſuã in hoc pſalmo ꝑdi
catur⁹ eſt chriſtus: audiam⁹. Rurſus aũt
ad hoc intentã faciam⁹ caritatẽ veſtrã: nõ
docẽdo qđ ignoratis: ſꝫ admonẽdo qđ no
ſtis: dñm ꝛ ſaluatorẽ nr̃m Jeſũ chriſtũ ca
put eſſe corpis ſui: illũ vnũ eſſe mediatorẽ
dei ꝛ hoim: hominẽ Jeſum: natũ ex virgi
ne tãqꝫ in ſolitudine: ſic in apocalypſi au
diuim⁹. Per ſolitudineꝫ qppe arbitror qđ
ſolus ita natus eſt. Hũc enĩ illa mulier pe
perit: recturũ ꝑplm̃ in virga ferrea. Hec aũt
mulier antiqua eſt ciuitas dei: de qua in
pſalmo diciẽ: Glorioſa dicta ſũt de te ciui
tas dei. Hec ciuitas initiũ habẽs ab ipſo
Abel: ſic mala ciuitas a Cayn. Antiqua
ergo iſta ciuitas dei ſemꝑ tolerãs terrã: ſpe
rans celum: que etiam hieruſalẽ vocatur ꝛ
ſyon: vtiqꝫ de nato quodã in ſyon: et con
ditore ipſius ſyon: pſalmus quidaꝫ dicit:
Mater ſyon dicet homo. Quis homo:
Et hõ factus eſt in ea: ꝛ ipe fundauit eã al
tiſſim⁹. Deniqꝫ ipſe in ſyon factus eſt hõ:
ſed humilis factus eſt hõ: et idẽ ipſe altiſſi
mus fundauit eã ciuitatẽ in qua factus eſt
hõ. Jtaqꝫ et illa mulier ſole cooperiebaẽ:
ſole ipſo iuſticie: quẽ nõ cognoſcũt impij:
qui dicturi ſũt in fine: Ergo errauim⁹ a via
veritatis: ꝛ iuſticie lumẽ nõ luxit nobis: et
ſol nõ ortus eſt nobis. Eſt ergo quidaꝫ ſol
iuſticie: qui non oritur impijs: Ceterũ iſtũ